



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 8. Legati Pontificis indulgentiarum Decreto obluctantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV *æ*tæ Crucis, & S. Petri ad vincula Cardines.
 A. C. 1436.

§. VIII.

Legati Pontificis indulgentiarum Decreto oblitantes.

Idem enim in quadam Congregatione generali die undecima Maji celebrata hoc decretum nequaquam tolerandum esse demonstrant, I. quia ejusmodi indulgentias non nisi quæstus ac lucri causa inditas esse suspicio foret. II. Quia nisi suspenderentur, Regnum Cypri & Insula Rhodiarum Christianorum fortissima propugnacula, ex hoc & scandalum, & gravem injuriam paterentur; & si semel publicatis ejusmodi indulgentiis quocumque fato Græcos ad Synodum non venire contingeret, horum absentia causa omnino Pontifici & Synodo imputaretur. Prius itaque quam concederentur indulgentia, certum debere esse adventum Græcorum. Pariter nomine Eugenii Papæ hi Legati a Basileensibus instanter postulaverunt, ut pro futuro Concilio locum iuxta conventionis sancitæ leges mature considererent. Ad hæc promittebant Pontificibus, Eugenium, si cum illo de loco Concilii convenire vellent, sexaginta aureorum millia pro Imperatoris suorumque itineribus necessaria suppeditaturum. Graviter denique

que querebantur aduersus Decretum de Sæcul. XV.
 electionibus, confirmationibus, & Annatis, A. C. 1436.
 quod pari modo, ac decretum de indulgentiis abolendum inqueiebant, eo quod de utroque iusta Pontificis indignatio provocata esset.

§. IX.

Responsum Synodi ad Eugenii querelas.

Hisce Legatorum Eugenii querimoniis respondebant Patres, sua decreta iuste sancita esse, ac se in omnibus modo idoneo, atque in ejusmodi rebus usitato processisse; de eligendo autem loco Synodum opportuno tempore provisuram, atque interim invicto labore unionis negotium promoturam.

Imperator Græcorum, postquam ea, quæ in hac Congregatione actitata, atque conclusa fuerant, Constantinopoli acceperat, Patriarchis, atque Ecclesiarum Orientalium Metropolitibus necessarias demandatæ facultatis literas expediri iussit, illis consignandas, qui horum nomine ad Occidentalem Synodum mittendi forent. Basileenses quoque haud segniter, quæ Græcis promiserant, implere studebant, hancque in rem cum Nicolao de Montano agebant, qui constituto triginta millium octingentorum ducatorum pretio qua-